

1929.

1313 d. 7 Juli.

Skara.

Biskop BRYNOLF i Skara stadfästar Fru Ingrid Andersdotters testamente på gården Moa till Riseberga kloster, med förbehåll, att hon icke bortgifvit mera än hvad hon lagligen kunnat disponera. (Jfr. N. 1602 och 1689).

Örnhjelm's afskr. Kyrko-o. Klosterbref. XI: 993\*).

Omnibus presens scriptum cernentibus BRYNIULPHUS Dei gracia Scarensis Episcopus. Salutem in Domino sempiternam. Notum facimus per presentes, nos vidisse testamentum Domine Ingridis filie quondam Andree de Mulæthorp, continens, quod ipsa Domina Ingridis dedit sanctimonialibus in Risebergh curiam suam in Moom nomine testamenti, sicut eciam in Synodo nostra per testes fidedignos probatum fuit coram nobis. Nos igitur donationem predictam firmam esse decernimus et irrevocabilem, ac nostra sententia plenius confirmamus. Si tamen donacio hujusmodi partem capitalem non excedit, tunc enim totum illud quod excedit ad heredes dicte Domine Ingridis, sicut de jure fuerit, devolvatur. In cuius testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum Scaris Anno Domini M. CCC. XIII. In Crastino octave Apostolorum Petri et Pauli.

Ett sigill finnes betecknad.

1930.

1313 d. 14 Juli.

Kaniken i Wexiö Bo STARKE och GIURD RAGNILSSON intyga, att Arnbjörn Staffansson, såsom fullmäktig för Magnus Långes enka Estrid, försålt hennes äodelar i Jernvixtorp till Abboten Johannes i Nydala kloster för 70 mark penningar, hvilka han genast till henne öfversändt. (Jfr. N. 1611).

Brocmans afskr. i fol. Miscell. 5: 39\*\*).

Vniuersis presentes litteras inspecturis BO dictus STARKE Canonicus wexionensis et GIURDO RAGNILSON Salutem in omnium saluatore. Protestamur presentibus, Nos vna cum aliis pluribus fide dignis interfuisse, quando nobilis vir Arnbernus staffans son apertas habens litteras nobilis matrone Eztridis relicte magni quondam dicti laanga, quod eius possessiones omnes in jarnwixthorp, quas prius eius propinquus venales legaliter exhibuerat, libere posset vendere et pro eis precium leuare tamquam verus et legitimus procurator eas domino Johanni abbati Noueuallis uendidit et assignauit, modo, qui in legibus østgothorum dicitur skaffærdh et omni ple-

\*) Enligt Örnhjelm's anteckning, "collat. med orig. permebr."

\*\*\*) Afskrifven efter ett nu mera förkommet original i Kongl. pergamentsbrefs-samlingen.

nitudine legali earundem expressa, pro LXX:ta marchis vsualis monete, quas per nobiles viros Nicholaum gyurdhason et Magnum gyurdha ad hoc specialiter missos transmisit statim eidem Eztridi. In quorum testimonium siggilla nostra presentibus duximus apponenda. Actum et datum Anno domini M<sup>o</sup>.CCC<sup>o</sup>.XIII<sup>o</sup>. sabbato proximo ante festum beate Margarete.

Sigillet har varit skadadt.

1931.

1313 d. 23 Juli.

Nyköping.

Konung BIRGER gifver Peter Andersson, för hans trogna tjänster, en tomt i Linköping vid torget, med förbehåll att gatan deromkring icke får stängas. (Jfr. N. 1944).

Registr. Eccl. Lincop. perg. fol. 136. v.

BIRGHERUS dej gracia sweuorum gotorumque rex. omnibus presentes litteras inspecturis salutem in domino sempiternam. Firmam fidem nostrorum fidelium et indefessa seruicia debita meditatione aduertentes dignum arbitramur et consentaneum rationi, ut eorum necessitatibus et defectibus piis fauoribus consulatur Ideoque notum facimus vniuersis quod nos discreto viro petro andrisson fideli nostro suisque heredibus ob fidelia seruicia ipsius nobis impensa tenerius fundum quendam lyncopie iuxta forum inter curias heredum dominij throtonis de rosløso bone memorie et vddonis fabri situm, dono perpetuo et jure proprietario liberaliter duximus conferendum Ita tamen quod vie communes impediatur minime circumquaque. Dantes et concedentes eidem, suisque heredibus plenam et liberam facultatem predictum fundum edificandi habendi possidendi vendendi commutandi distrahendi et alienandi pro sue libito voluntatis In cuius facti euidentiam et perpetuam memoriam sigillum nostrum et sigillum nobilis viri dominij kanuti jonsson dapiferi nostri dilecti presentibus sunt appensa Datum nycope anno dominij M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> XIII<sup>o</sup> die beati apollinaris martiris.

*Allmän öfverskrift.* De prebenda Broby. *Med yngre hand.* Sancti nicolai. in ecclesia Strå, apud Wadzsten.

1932.

1313 d. 29 Juli.

Munsö.

SIGMUND KELDORSSON säljer till Ärkekiskop Nils 3 öreländ i Runsa i Eds socken samt 2 öreländ och  $\frac{1}{2}$  örtugland i Göminge i Aggeholms socken, för 80 mark penningar och en läst spanmål.

Orig. på perg. i Kongl. Bibl.

Omnibus presentes litteras inspecturis, SIGMUNDUS KÿALDORSON, salutem in domino, Nouerint vniuersi, Me venerabili patri ac domino, Domino  
Nicolao